Ulysses, pater tuus, qui in omni concilio ceteros prudentia atque sollertia semper superabat, suscepit me suadendum ut cum illis ad obsidendam Trojam irem, sagittasque afferrem quas me habere arbitrabatur.

Cum per insulam Lemnum iter facerem, omnibusque Græcis ostendere vellem quid meæ sagittæ possent, dum damam in silvam fugientem paro transfigere, ab arcu in pedem imprudens dimisi sagittam, cujus vulnere etiamnum laboro. Confestim quæ passus erat Hercules eadem cruciamenta habui; diu noctuque insulam implebam clamoribus; tæter tabidusque cruor, manans e vulnere, auras vitiabat Græcorumque in castra eum diffundebat fœtorem ut robustissimos homines exanimaret. Me exhorruit omnis exercitus ad illud discrimen adductum nec quisquam fuit qui non existimaret justos deos supplicium a me repetere.

Ulysse, qui m'avait engagé dans cette guerre, fut le premier à m'abandonner[1]. J'ai reconnu depuis qu'il l'avait fait, parce qu'il préférait[2] l'intérêt commun de la Grèce et la victoire [qu'on cherchait] à toutes les raisons d'amitié ou de bienséance particulière. On ne pouvait plus sacrifier dans le camp, tant[3] l'horreur de ma plaie, son infection et la violence de mes cris troublaient toute l'armée. Mais au moment où je me vis[4] abandonné de tous les Grecs par le conseil d'Ulysse, cette politique me parut pleine de la plus horrible inhumanité et de la plus noire trahison. Hélas ! j'étais aveugle, et je ne voyais pas qu'il était juste que les plus sages hommes fussent contre moi, de même que les Dieux que j'avais irrités.

Je demeurai presque pendant tout le siège de Troie[5], seul, sans secours, sans espérance, sans soulagement, livré à d'horribles douleurs, dans cette île déserte et sauvage, où je n'entendais que le bruit des vagues qui se brisaient contre les rochers. Je trouvai dans cette solitude une caverne vide dans un rocher qui élevait vers le ciel deux pointes semblables à deux têtes : de ce rocher sortait une fontaine claire. Cette caverne était la retraite des bêtes farouches, à la fureur desquelles j'étais exposé nuit et jour. J'amassai quelques feuilles pour me coucher. Il ne me restait pour tout bien qu'un pot de bois grossièrement travaillé et quelques habits déchirés, dont j'enveloppai ma plaie pour arrêter le sang[6] et dont je me servais aussi pour la nettoyer[7]. Là, abandonné des hommes et livré à la colère des dieux, je passais mon temps à percer[8] de mes flèches les

1. *Qui m'abandonna.* — 2. Indicatif et non pas le subjonctif, car Philictète reconnaît lui-même la raison alléguée par Ulysse. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 480. — 3. *Adeo* avec l'indicatif. — 4 *Cum* avec l'indicatif. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 518. — 5. Tant que Troie fut assiégée. — 6. Proposition finale. — 7. *Id.* — 8. Adjectif verbal. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 392.

Ulysses, qui me ad bellum illud impulerat, primus fuit qui mihi decesset. Agnovi postea illum fecisse propterea quod omni amicitiæ privatæque verecundiæ Græcorum commoda optatamque victoriam anteponebat. In castris enim jam non sacrificare hostiis poterant, adeo mei vulneris deformitate ac fœtore clamorumque violentia omnis exercitus perturbabatur. Cum autem me ab omnibus Græcis, suadente Ulysse, derelictum esse vidi, rationem illam summa immanitate atque teterrima perfidia refertam esse arbitratus sum. Eheu! cæcus eram animo neque mihi in mentem veniebat hominum sapientissimos mihi jure adversari non secus ac deos quos in me incitaveram.

Quamdiu Troja obsidione cincta est, tamdiu fere in deserta immitique illa insula mansi solus, omni auxilio, ope ac solacio destitutus, cruciatibus traditus acerbissimis, nihilque audiebam nisi sonitum fluctuum qui saxis illidebantur. In illâ solitudine vacuam speluncam sub saxo inveni, cujus duo vertices ad cœlum, velut duo capita, assurgebant et a quo limpidus fons exibat. Illuc refugere feræ solebant quarum immanitati noctu diuque objectus eram. Nonnulla collegi folia quibus indormirem. Nihil autem aliud mihi supererat instrumentum nisi lignea infabreque facta scutella laceræque vestes quibus utebar ad plagam involvendam ut cruorem supprimerem, simulque eluendam. Ibi, ab hominibus derelictus deorumque iræ traditus,

colombes et les autres oiseaux qui volaient autour de ce rocher. Quand j'avais tué[1] quelque oiseau pour ma nourriture, il fallait que je me traînasse[2] contre terre avec douleur pour aller ramasser ma proie : ainsi mes mains me préparaient de quoi[3] me nourrir.

Il est vrai que les Grecs en partant me laissèrent quelques provisions; mais elles durèrent peu. J'allumais du feu avec des caillous. Cette vie, toute affreuse qu'elle est[4], m'eût paru[5] douce loin des hommes ingrats et trompeurs, si la douleur ne m'eût accablé, et si je n'eusse sans cesse repassé dans mon esprit ma triste aventure. Quoi! disais-je, tirer[6] un homme de sa patrie, comme le seul homme qui puisse venger la Grèce, et puis l'abandonner[7] dans cette île déserte pendant son sommeil! car ce fut pendant mon sommeil que les Grecs partirent. Jugez quelle fut ma surprise, et combien je versai de larmes à mon réveil, quand je vis les vaisseaux fendre les ondes. Hélas! cherchant de tous côtés dans cette île sauvage et horrible, je ne trouvai que la douleur. Dans cette île, il n'y a ni port, ni commerce, ni hospitalité, ni hommes qui y abordent[8] volontairement. On n'y voit que ceux que les tempêtes y ont jetés, et on n'y peut espérer de société que par des naufrages : encore même ceux qui venaient en ce lieu n'osaient me prendre pour me ramener; ils craignaient la colère des dieux et celle des Grecs.

FÉNELON. *Télémaque*, XII.

1. *Cum* avec l'indicatif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 517. — 2. Avec *oportet* supprimer *ut*. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 463. — 3. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 362, rem. 1. — 4. Proposition concessive. Cf. RAGON. *Gram. franç.*, n° 917. — 5. Subjonctif irréel. — 6. Infinitif présent avec *ne*. — 7. *Id.* — 8. Subjonctif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 505.

tempus conterebam in columbis ceterisque avibus sagittandis quæ circa saxum volitabant. Cum aliquam avem occideram ad vescendum, oportebat cum dolore reperem ut prædam colligerem : id igtur mea manu parabatur unde vitam sustentarem.

Fateor quidem Græcos, dum profisciscuntur, mihi quædam reliquisse unde victum haberem : brevi autem exhausta sunt. Ignem e silicibus suscipiebam. Illa vitæ ratio, quamvis horrenda sit, mihi tamen dulcis visa esset ab hominibus ingratis dolosisque semoto, nisi, dolore oppressus, sine ulla intermissione reputavissem quæ mihi acciderant. Eheu! aiebam, hominemne e patria detrahere qui solus Græciam vindicare possit, eumque illa in deserta insula derelinquere dormientem! me enim dormiente, Græci profecti sunt. Conjice quantum fuerim attonitus quantamque vim profuderim lacrimarum ut, e somno expergefactus, naves vidi æquora findentes. Me miserum! undique in illa inculta horrendaque insula mihi quærenti nihil aliud nisi dolor occurrit. Illic enim nullus portus est; neque mercatores aut hospites invenias, neque ullos homines qui sponte appulerint; sed ibi tantum ii versantur quos egit tempestas neque ulla societas exspectanda est nisi e naufragio. Adde quod ii qui illuc veniebant me non audebant in navem imponere ut reducerent, adeo deorum et Græcorum iram reformidabant.

XXXIV. — Conseils d'Arcésius à Télémaque.

Les hommes passent comme ces fleurs[1] qui s'épanouissent le matin, et qui le soir sont flétries et foulées aux pieds. Les générations des hommes s'écoulent comme les ondes d'un fleuve rapide ; rien ne peut arrêter le temps, qui entraîne après lui tout ce qui[2] paraît le plus immobile. Toi-même, ô mon fils ! mon cher fils ! toi-même, qui jouis maintenant d'une jeunesse si vive et si féconde en plaisirs, souviens-toi que ce bel[3] âge n'est qu'une fleur qui sera presque aussitôt séchée qu'éclose. Tu te verras changer insensiblement : les grâces riantes, les doux plaisirs, la force, la santé, la joie s'évanouiront comme un beau songe ; il ne t'en restera qu'un triste souvenir. La vieillesse languissante et ennemie des plaisirs viendra rider ton visage, courber ton corps, affaiblir tes membres tremblants, faire tarir dans ton cœur la source de la joie, te dégoûter du présent, te faire craindre l'avenir, te rendre insensible à tout, excepté à la douleur. Ce temps te paraît éloigné : hélas ! tu te trompes, mon fils ; il se hâte, le voilà qui arrive : ce qui vient avec tant de rapidité n'est pas loin de toi ; et le présent qui s'enfuit est déjà bien loin, puisqu'il s'anéantit dans le moment que[4] nous parlons, et ne peut plus se rapprocher. Ne compte[5] donc jamais, mon fils, sur le présent, mais soutiens-toi dans le sentier rude et âpre de la vertu par la vue de l'avenir. Prépare-toi, par des mœurs pures et par l'amour de la justice, une place dans cet heureux séjour de la paix.

FÉNELON. *Télémaque*, XIV.

1. *Florum ritu.* — 2. Avec *quodcumque* il faut l'antécédent *id*. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 370. — 3. *Ista* se rapporte à la seconde personne. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 352. — 4. *Dans le moment que* = *au moment où*. Cf. RAGON. *Gram. franç.*, n° 925, rem. 3. — 5. *Confido* avec l'ablatif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 300.

XXXIV. — Consilia Telemacho dat Arcesius.

Florum ritu qui mane se aperiunt, vespere autem marcescunt atque pedibus proteruntur, intereunt homines quorum secula tanquam rapidi amnis undæ labuntur; nihil est enim quod tempori moræ esse possit, sed ea secum rapit quæcumque immotissima esse videntur. Tu quoque, fili, dilecte fili, qui tam vivida adeoque voluptatibus plena juventute nunc frueris, pulchram istam memento ætatem nihil aliud esse nisi florem qui eadem fere hora arescet qua natus erit. Te enim sensim mutari intelleges, ridentibusque gratiis, dulcibus voluptatibus, robore corporis atque valetudine dilapsa somnii instar, horum omnium nihil tibi supererit nisi amara memoria. Languens atque inimica voluptatibus senectus tuo cultui rugas obducet, corpus inclinabit, trementia membra debilitabit, gaudii fontem in tuo corde exhauriet, præsentium tibi afferet tædium futurorumque metum, omnemque alium sensum adimet atque doloris. A quo tempore si te longe abesse existimas, erras, fili, cum festinet jamque adveniat; non enim a te longe est quod tanta velocitate venit, sed præsens, quod fugit, jam valde transvectum est, cum eadem hora qua dicimus intereat neque redire possit. Itaque, fili, præsentibus rebus nunquam confide, sed in ardua atque aspera via virtutis permane ratione habita futurorum, moribusque integris justitiæque amore in hac felici pacis sede tibi locum compara.

XXXV. — Les plantes.

Admirez les plantes qui naissent de la terre : elles fournissent des aliments aux sains et des remèdes aux malades. Leurs espèces et leurs vertus sont innombrables : elles ornent la terre ; elles donnent de la verdure, des fleurs odoriférantes et des fruits délicieux. Voyez-vous ces vastes forêts qui paraissent aussi anciennes que le monde ? Ces arbres s'enfoncent dans la terre par leurs racines ; comme[1] leurs branches s'élèvent vers le ciel, leurs racines les défendent contre les vents, et vont chercher[2], comme par de petits tuyaux souterrains, tous les sucs destinés[3] à la nourriture de leur tige ; la tige elle-même se revêt d'une dure écorce qui met le bois tendre à l'abri des injures de l'air ; les branches distribuent en divers canaux la sève que les racines avaient réunie dans le tronc. En été[4], ces rameaux nous protègent de leur ombre contre les rayons du soleil ; en hiver[5], ils nourrissent la flamme qui conserve en nous la chaleur naturelle. Leur bois n'est pas seulement utile pour[6] le feu ; c'est une matière douce, quoique solide et durable[7], à laquelle la main de l'homme donne sans peine toutes les formes qu'il lui plaît, pour les plus grands ouvrages de l'architecture et de la navigation. De plus, les arbres fruitiers, en penchant[8] leurs rameaux vers la terre, semblent offrir leurs fruits à l'homme. Les arbres et les plantes, en laissant[9] tomber leurs fruits et leurs graines, se préparent autour d'eux une nombreuse postérité. La plus faible plante, le moindre légume contient en petit volume, dans une graine, le germe de tout ce

1. *Cum* avec le subjonctif. — 2. *Vont chercher* = *puisent*. — 3. *Unde* ou *quo* avec le subjonctif. — 4. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 305. — 5. *Id.* — 6. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 277, rem. 2. — 7. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 501, rem. 3. — 8. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 396. — 9. *Id.*

XXXV. — De plantis.

Plantas admiramini quæ e terra nascuntur : ut sanis cibum, ita ægris medicinam suppeditant. Quarum quot sint genera et virtutes dici non potest; terræ ornamento sunt ; frondem, suaves flores amœnosque fructus præbent. Magnarum silvarum, quæ mundo vetustate esse pares videntur, arbores in terram alte radicibus aguntur; quibus, cum in cælum ramos protendant, a ventis defenduntur atque, quasi subterraneis fistulis, omnem sucum trahunt quo stipes alatur ; stipes ipse duro cortice vestitur quo tenerum lignum ab aere tutum est ; sucum autem radicibus in stipite collectum in diversos canales rami dividunt; qui ut, æstate, a solis radiis nos umbra defendunt, ita, hieme, flammam alunt qua corporis calor servatur. Non solum eorum lignum ad ignem utile est, sed etiam ita tractabile est, quanquam firmum et stabile, ut illud in omnes habitus, prout placet, non ægre homines figurare possint in maximis architecturæ nauticarumque rerum operibus ; præterea frugiferas arbores, ramos ad terram demittentes, homini fructus offerre dicas. Arbores autem et plantæ, quarum fructus aut grana cadunt, frequentem circa se progeniem comparant ; tenuis-

qui se déploie dans les plus hautes plantes et dans les plus grands arbres. La terre, qui ne change jamais, fait tous ces changements dans son sein.

FÉNELON. *Traité de l'existence de Dieu.*

XXXVI. — Les oracles.

Macrobe dit que, quand Trajan eut pris[1] le dessein d'aller attaquer les Parthes, on le pria d'en consulter[2] l'oracle de la ville d'Héliopolis, auquel il ne fallait envoyer qu'un billet cacheté. Trajan ne se fiait pas trop aux oracles : il voulut auparavant éprouver celui-là. Il y envoie un billet cacheté où il n'y avait rien; on lui en renvoie autant. Voilà Trajan convaincu de la divinité de l'oracle[3]. Il y renvoie une seconde fois un autre billet cacheté, par lequel il demandait au dieu s'il retournerait[4] à Rome après avoir mis fin à la guerre qu'il entreprenait. Le dieu ordonna que l'on prît une vigne, qui était une des offrandes de son temple, qu'on la mît en morceaux, et qu'on la portât à Trajan. L'événement, dit Macrobe, fut parfaitement conforme à cet oracle ; car Trajan mourut à cette guerre, et on reporta à Rome ses os qui avaient été représentés par la vigne rompue. Tout le monde savait assurément que l'empereur songeait à faire la guerre aux Parthes, et qu'il ne consultait l'oracle que sur cela et l'oracle eut l'esprit de lui rendre une réponse allégorique[5] et si générale qu'elle ne pouvait manquer d'être vraie[6]. Car que Trajan retournât[7] à Rome victorieux, mais blessé, ou

1. *Cum* avec le subjonctif ou ablatif absolu. — 2. Proposition complétive avec *ut*. — 3. Comme il était convaincu, etc. — 4. Interrogation indirecte. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 455. — 5. L'oracle lui fit ingénieusement une réponse... — 6. Ne pouvait pas ne pas être vraie. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 469, rem. 1. — 7. *Que* introduit ici une proposition conditionnelle. Cf. RAGON. *Gram. franç.*, n° 912, 2°. Traduire par le subjonctif irréel, ainsi que les propositions suivantes.

sima enim in planta atque in minimo quoque olere modicum granum inest, cujus vi altissimæ plantæ maximæque arbores accrescunt ; quæ conversiones in terræ sinu fiunt, neque unquam illa mutatur.

XXXVI. — De oraculis.

Narrat Macrobius Trajanum, capto consilio Parthis bellum inferendi, rogatum esse ut Heliopolis oraculum consuleret, ad quod tantum signatæ litterulæ mittendæ essent. Princeps autem, quia oraculis non nimium confidebat, hoc ante probare voluit : misit signatas litterulas in quibus nihil scriptum erat ; eodem modo ei responsum est. Cum oraculum divinum esse persuasum haberet, iterum litterulas easque signatas misit, quibus deum interrogavit Romamne reversurus esset, confecto bello quod parabat. Vitem, quæ unum ex donis erat in templo positis, jussit deus arripi, comminutamque ferri ad Trajanum. Rerum exitum tradit Macrobius oraculo omnino congruisse ; Trajanum enim eo in bello interiisse, Romamque ejus cineres esse allatos, quemadmodum vitis significarat. Neminem fugiebat principem Parthis bellum inferre cogitavisse, tantumque de ea re consuluisse oraculum, quod ei figuratum responsum adeoque commune ingeniose dedit ut verum non esse non posset. Si enim victor sed saucius aut militum

ayant perdu une partie de ses soldats; qu'il fût vaincu et que son armée fût mise en fuite; qu'il y arrivât seulement quelques divisions; qu'il en arrivât dans celle des Parthes; qu'il en arrivât même dans Rome en l'absence de l'empereur; que les Parthes fussent absolument défaits; qu'ils ne fussent défaits qu'en partie; qu'ils fussent abandonnés de quelques-uns de leurs alliés, la vigne rompue convenait merveilleusement à tous ces cas différents : il y eût eu bien du malheur, s'il n'en fût arrivé aucun; et je crois que les os de l'empereur reportés à Rome, sur quoi l'on fit tomber l'explication de l'oracle, étaient pourtant la seule chose à quoi l'oracle n'avait point pensé.

FONTENELLE. *Histoire des oracles.*

XXXVII. — L'éducation.

Lycurgue prit un jour deux jeunes chiens, et les éleva[1] d'une manière toute différente. Il rendit l'un gourmand et larron, l'autre habile à suivre une piste et à chasser. Puis un jour, voyant les Lacédémoniens réunis : « Rien ne contribue tant à enfanter la vertu, leur dit-il, que les enseignements qu'on reçoit : je vais à l'instant vous en donner[2] une preuve manifeste. » Alors il fait amener les deux chiens, et les lâche, après avoir placé[3] devant eux une écuelle de soupe et un lièvre vivant. L'un courut sur le lièvre, l'autre se jeta sur l'écuelle. Les Lacédémoniens ne comprenaient pas encore où Lycurgue voulait en venir[4] : « Ces deux chiens, leur dit-il, ont une origine commune; mais, comme ils ont reçu une éducation différente, l'un est devenu gourmand, l'autre chasseur. »

ROLLIN.

1. Ayant pris, les éleva. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 397. — 2. Participe futur en *urus*. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 406. — 3. Ablatif absolu. — 4. Interrogation indirecte. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 454.

parte amissa Romam reverteret Trajanus; si vinceretur fugareturque exercitus; si in eo dissensio oriretur, aut apud hostes, aut Romæ absente principe; si Parthi omnino aut partim bello affligerentur; si ab eis pars sociorum deficeret: nulla ex tam diversis rebus erat cui comminuta vitis mire non congrueret; pessimeque ageret fortuna, si quid tale non eveniret: mea autem sententia, quod principis cineres Romam afferri deberent, quæ fuit oraculi conjectio, hoc solum ab oraculo non provisum est.

XXXVII. — De vi disciplinæ.

Olim Lycurgus duo catulos arreptos admodum diversa disciplina educandos curavit, ita ut alter edax atque fur efficeretur, alter feræ vestigia sequendi venandique peritus. Lacedæmoniis quadam die congregatis: « Nihil, inquit, æque ac præcepta quibus imbuuntur homines ad virtutem pariendam conferre manifesto argumento confestim confirmaturus sum. » Tum duo catulos adduci jussit atque immitti, posita coram scutella intrita plena atque lepore vivo: hic leporem invasit, scutellam ille. Cum autem Lacedæmonii nondum intellegerent quo rem deducere Lycurgus vellet: « Hi canes, inquit, communi genere orti sunt; sed quia diversa disciplina sunt educati, alter edax, venator alter evasit. »

XXXVIII. — Le débordement du Nil.

Il n'y a point de pays dans le monde où la terre soit plus féconde qu'en Egypte, et c'est au Nil qu'elle doit sa fécondité; car, au lieu que les autres fleuves emportent le suc des terres et les épuisent en les inondant, celui-ci au contraire[1], par un heureux limon qu'il traîne avec lui, les engraisse et les fertilise de telle sorte qu'une même terre porte, dans une même année, trois ou quatre sortes de fruits différents. Dès que le Nil est retiré, le laboureur n'a qu'à retourner[2] la terre, en y mêlant[3] un peu de sable pour en diminuer la force; après quoi, il la sème sans peine et presque sans frais; deux mois après, elle est couverte de toutes sortes de grains et de légumes. On sème ordinairement dans les mois d'octobre et de novembre, et on fait la moisson dans les mois de mars et d'avril.

Le Nil ne contribue pas moins à la nourriture des bestiaux, qui sont une autre source de richesses pour l'Egypte. On ne peut exprimer combien[4] les pâturages sont gras et abondants et combien[5] les troupeaux, à qui la douceur de l'air permet d'y demeurer jour et nuit, s'engraissent en peu de temps.

Les anciens ont imaginé plusieurs raisons subtiles du grand accroissement du Nil, que l'on peut voir dans Hérodote[6] et ailleurs. Ce n'est plus maintenant une matière de problème, et l'on convient presque généralement que le débordement du Nil vient des grandes pluies qui tombent dans l'Ethiopie, d'où ce fleuve tire sa source. Rien n'est si beau à voir que

1. *Ut, ita.* — 2. A seulement à retourner la terre. — 3. Et à y mêler un peu de sable. — 4. Interrogation indirecte. — 5. *Id.* — 6. *Apud Herodotum.* Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 315.

XXXVIII. — De Nili exundatione.

Nulla est in orbe terrarum regio in qua solum feracius sit quam in Ægypto, quam Nilus fecundat. Ut cetera flumina sucum agrorum rapiunt eosque exhauriunt inundando, ita Nilus felici limo quem secum vehit eos adeo lætificat fecundioresque facit ut idem solum, eodem anno, tria aut quattuor variarum frugum genera ferat. Ubi Nilus relapsus est, ager agricolæ tantum convertendus est ejusque minuenda vis commixta arena; quo facto, sementem facit nullo labore et fere nullo sumptu; duobus post mensibus, omnia segetum atque olerum genera agros cooperiunt. Solent enim mensibus octobri ac novembri facere sementem, martio atque aprili metere.

Magnam quoque vim habet Nilus ad alenda pecora et armenta, quæ novas divitias Ægypto pariunt. Dici enim nequit quantum læta sint atque ubera pascua, quamque brevi tempore armenta saginentur, cum ob cæli clementiam noctu diuque commorari possint.

Non unam causam veteres sollerter excogitaverunt cur adeo accrescat Nilus, ut apud Herodotum aliosque auctores invenire est. Hæc autem quæstio jam non ambigua est, sed fere inter omnes constat Nilum exundare vi magnorum imbrium qui Æthiopiam, unde profluit ille amnis, irrigant. Nihil autem visu pulchrius est Ægypto duobus anni tem-

l'Egypte dans deux saisons de l'année ; car, si l'on monte sur quelque montagne ou sur les grandes pyramides du Caire, aux mois de juillet et d'août, on voit une vaste mer, sur laquelle il s'élève[1] une infinité de villes et de villages, avec plusieurs chaussées qui conduisent d'un lieu à un autre ; le tout entremêlé de bosquets et d'arbres fruitiers, dont on ne voit que les têtes, ce qui fait un coup d'œil des plus agréables. En hiver, au contraire, c'est-à-dire aux mois de janvier et de février, toute la campagne ressemble à une belle prairie dont la verdure, émaillée de fleurs, charme les yeux. L'air est alors embaumé par la grande quantité de fleurs que fournissent les citronniers et les autres arbres ; et il est si pur, qu'on ne peut en respirer de plus sain : en sorte que la nature, qui est alors comme morte dans un grand nombre de climats, semble presque n'avoir de vie que pour celui-ci.

ROLLIN. *Histoire ancienne*, I, 1.

XXXIX. — La sagesse des Égyptiens.

L'Égypte a été regardée parmi[2] les anciens comme l'école la plus renommée en matière de politique et de sagesse, et comme l'origine de la plupart des arts et des sciences[3]. Son plus bel art consistait à former des hommes. La Grèce[4] en était si persuadée, que ses plus grands personnages, un Homère, un Pythagore, un Platon, Lycurgue même et Solon, ces[5] deux célèbres législateurs, et beaucoup d'autres, allèrent exprès en Égypte pour s'y perfectionner et y puiser, en tout genre d'érudition, les plus rares connaissances. Dieu même lui a rendu un glorieux témoi-

1. *Il s'élève* = une infinité de villes et de villages s'élèvent 2. *Chez.* — 3. *Disciplina.* — 4. *Les Grecs.* — 5. Au sens emphatique. Cf. RAGON, *Gram. lat.*, n° 352, rem. 2.

poribus. Qui enim montem aliquem aut magnas Cairi pyramidas quintili et sextili mensibus ascendit, immensum videt mare e quo innumeræ urbes vicique exsurgunt cum multis viarum aggeribus qui in diversa loca deducunt; adde quod viridariis et frugiferis arboribus mare late distinguitur, quorum capita tantum apparent; ex quo jucundissimus prospectus efficitur. Hiberno contra tempore, januario et februario mensibus, campus omnis pulchro prato similis est, quod, quia viret diversisque floribus distinguitur, oculos delectat. Aer suavitatibus odorum completur qui afflantur e multis citrearum ceterarumque arborum floribus atque adeo purus est ut nullus alius ductu sit salubrius, ut rerum natura, quæ tot in locis quasi mortua est, in illo tantum vivere videatur.

XXXIX. — De Ægyptiorum sapientia.

Apud veteres habita est Ægyptus celeberrima schola artis politicæ et sapientiæ caputque unde ortæ sunt pleræque artes atque disciplinæ; præcipua autem ars Ægyptiorum eo spectabat ut viros efficerent. Quod ita Græcis persuasum erat ut maximi viri, Homerum dico, Pythagoram, Platonem, Lycurgum ipsum atque Solonem, inclutos illos legum conditores, multique alii Ægyptum consulto peterent, ingenii excolendi rarissimæque scientiæ comparandæ causa. Illi Deus ipse glorioso

gnage en louant Moïse d'avoir été instruit[1] dans toute la sagesse des Égyptiens.

Le royaume était héréditaire ; mais, selon Diodore, les rois ne se conduisaient pas en Egypte comme il est assez ordinaire[2] dans les autres monarchies, où le prince ne reconnaît d'autre règle de ses actions que sa volonté et son plaisir. Les lois, auxquelles les rois se croyaient plus obligés que les autres, étaient leur règle.

ROLLIN. *Histoire ancienne*, I, 2.

XL. — Les mœurs des Égyptiens

Il n'était pas permis d'être inutile[3] à l'État ; chaque particulier était obligé d'inscrire son nom sur un registre public, qui demeurait entre les mains du magistrat, d'y marquer sa profession et de déclarer d'où il tirait[4] de quoi vivre. Si l'on énonçait faux, la peine de mort s'ensuivait. Ce fut le roi Amasis qui établit cette loi si efficace[5] pour bannir les fainéants d'un Etat. Pour empêcher les emprunts, d'où naissent la fainéantise, les fraudes et la chicane, le roi Asychis avait fait une ordonnance fort sensée : il n'était permis d'emprunter qu'à la condition d'engager au créancier le corps de son père, que chaque Égyptien faisait embaumer avec soin, et conservait avec honneur dans sa maison. Or c'était une impiété[6] et une infamie tout ensemble de ne pas retirer assez promptement un gage si précieux ; et celui qui mourait sans s'être acquitté de ce devoir était privé des honneurs qu'on avait coutume de rendre aux morts. Ainsi la crainte de l'in-

1. *Quod* avec le subjonctif. Cf. RAGON, *Gram. lat.*, n° 481. — 2. *Ut fieri solet.* — 3. Si, comme le sens le demande, on donne à *licebat* un complément au datif (*Ægyptiis*), l'attribut de l'infinitif pourra être mis au datif également. Cf. RAGON, *Gram. lat.*, n° 380, rem. — 4. Interrogation indirecte. — 5. *Très efficace.* — 6. Cf. RAGON, *Gram. lat.*, n° 232.

testimonio fuit, dum Mosen laudat quod omni Ægyptiorum sapientia eruditus esset.

Hereditate regnum principes accipiebant; tradit autem Diodorus eos nequaquam se gerere ut in ceteris regnis fieri solet, in quibus nullam aliam vitæ rationem rex servat nisi voluntatem atque arbitrium, sed legibus obsequi, quibus se magis quam ceteros homines obstrictos esse arbitrarentur.

XL. — De Ægyptiorum moribus.

Non licebat Ægyptiis civitati esse inutilibus, sed privatus quisque lege obstringebatur ut in tabulis publicis quas magistratus asservabat nomen consignaret, indicaret artem atque declararet unde victum acciperet; qui falsa enuntiabat, morte multabatur, prout Amasis rex valentissimam legem constituerat ut e civitate desidiosi homines ejicerentur. Ut mutuationes illæ prohiberentur e quibus nascitur otium iners, fraudes atque calumnia, sapientissimo edicto Asychis rex illas fieri siverat ea tantum lege ut qui mutuaretur creditori patris corpus oppigneraret, quod Ægyptii cura condiebant magnoque honore domi asservabant. Impium autem atque flagitiosum habebatur pignus tam pretiosum minus prompte recipere; cui officio si quis defuerat antequam moreretur, honoribus privabatur qui mortuis tribui solebant. Quod cum ita esset, infamiæ metus justo tempera-

famie était un juste tempérament pour réprimer la dureté du créancier et la mauvaise foi du débiteur.

Les vieillards étaient fort respectés en Egypte ; les jeunes gens étaient obligés de se lever devant eux[1] et de leur céder partout la place d'honneur ; ce qui est parfaitement conforme à la nature et à ce que nous enseigne l'Écriture Sainte. La principale vertu des Egyptiens était la reconnaissance ; ce qui montre qu'ils étaient sociables, bienfaisants, bons et fidèles amis.

ROLLIN. *Histoire ancienne*, I, 2.

XLI. — La religion des Égyptiens.

On doit être bien étonné de voir la nation du monde qui se piquait le plus de sagesse et de lumière[2] s'abandonner si follement aux superstitions les plus grossières et les plus ridicules. En effet, rendre à des animaux et à de vils insectes un culte religieux, les placer au milieu des temples, les nourrir avec soin et à grands frais, punir de mort ceux qui leur ôtaient la vie, les embaumer et leur destiner des tombeaux publics ; aller jusqu'à reconnaître pour dieux des poireaux, des ognons, invoquer de pareilles divinités dans ses besoins, en attendre[3] du secours et de la protection, ce sont des excès qui nous paraissent à peine croyables, et qui sont néanmoins attestés par toute l'antiquité.

Pour faire voir ce qu'était l'homme par lui-même[4], Dieu a permis que le pays de toute la terre où la sagesse humaine avait été portée au plus haut degré, fût[5] aussi le théâtre de l'idolâtrie la plus insensée.

ROLLIN. *Histoire ancienne*, I, 2.

1. *Illis assurgere.* — 2. *Affectare.* — 3. Construire cette proposition et toutes celles qui précèdent dans la phrase d'après la règle *Turpe est mentiri.* — 4. *Per se ipse.* Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 349, rem. — 5. Proposition infinitive. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 446.

mento erat ut creditoris asperitas atque debitoris improba fides comprimeretur.

Senes summo honore prosequebantur Ægyptii, cum illis assurgere atque ubique decedere juvenes deberent; quod quidem ut naturæ maxime consentaneum est, ita sacræ Scripturæ præceptis. Quod autem præcipua Ægyptiorum virtus erat grata beneficiorum memoria, satis declarat eos ad societatem esse natos, beneficos, bonos fidelesque amicos.

XLI. — De Ægyptiorum religione.

Hoc magnam nobis admirationem movere debet quod videmus gentem illam quæ sapientiam et doctrinam ante ceteras affectabat, superstitionibus inconditissimis atque stultissimis obligatam esse. Animalia enim et viles bestiolas tanquam deos colere, in templis collocare, summa cura et magno sumptu alere, morte multare eos qui illas occidissent, condire eas atque in monumentis publicis sepelire, et eo insaniæ progredi ut porra et cepæ dii habeantur, ista numina invocare in afflictis rebus opemque et præsidium ab iis exspectare, ut est immodicum quoddam atque vix credendum, ita omnibus antiquis litteris testatum.

Ut ostenderetur quid per se ipse homo posset, Deus sivit regionem, in qua sapientia humana ad summum perducta est, stultissimo quoque deorum cultui esse deditam.

XLII. — Enfance de Cyrus.

Lorsque Cyrus eut atteint sa douzième année[1], sa mère Mandane le conduisit en Médie, près de son grand-père Astyage. Il trouva dans cette cour des mœurs bien différentes de celles de son pays. Le faste, le luxe, la magnificence y régnaient partout. Astyage était superbement vêtu, avait les sourcils peints, le visage fardé; car les Mèdes affectaient de vivre dans la mollesse et de se vêtir d'écarlate, de porter des colliers et des bracelets, au lieu que les Perses[2] étaient vêtus fort grossièrement. Cyrus ne fut point ébloui de tout cet éclat et, sans rien critiquer[3] ni rien condamner, il sut[4] se maintenir dans les principes qu'il avait reçus dès son enfance. Il charmait son grand-père par ses saillies pleines d'esprit et de vivacité, et gagnait tous les cœurs par ses manières nobles et engageantes.

Un jour qu'il assistait à un repas très somptueux dans lequel on avait tout prodigué, il parut indifférent à tout ce fastueux appareil. Comme Astyage en était surpris : « Les Perses, lui dit-il, ne prennent pas tant de détours ni de circuits pour apaiser la faim ; un peu de pain et de cresson leur suffit. » Son grand-père lui ayant permis[5] de disposer à son gré de tous les mets qui étaient servis, il les distribua à tous les officiers du roi, mais il ne donna rien à Sacas, l'échanson d'Astyage. Le roi se montra sensible à cet affront et reprocha vivement à Cyrus d'avoir manqué d'égards envers un officier si distingué par

1. Cyrus, ayant atteint sa douzième année, fut conduit... — 2. *Persæ autem*. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 554. — 3. *Id.* — 4. *Savoir* est ici explétif et ne se traduit pas. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 550. — 5. Ce participe équivaut à une proposition causale.

XLII. — De Cyro puero.

Cyrus, postquam duodecimum annum attigit, a matre Mandana ad avum Astyagem in Mediam deductus est; cujus in aula mores admodum dissimiles patriorum morum invenit, omnibus ad luxuriam, splendorem atque magnificentiam compositis. Magnifica veste Astyages induebatur, pictis superciliis facieque medicamine infecta; Medi enim molliter vivere, purpurea veste ornari, monilia atque armillas gerere affectabant, Persæ autem asperrimo vestitu utebantur. Illo splendore Cyrus minime captus est; sed, nulla re vituperata aut reprehensa, consuetudinem tenuit quam a puero acceperat. Avum delectabat facetissimis et promptissimis jocis, omniumque animos honestate atque suavitate sibi conciliabat.

Cum olim lautissimis epulis interesset quibus nullus modus adhibitus erat, splendidum illum apparatum despicere visus est. Mirato autem Astyagi : « Persæ, inquit, simplicius atque apertius famem sedant, cum paulum panis et lepidii illis sufficiat. » Cum avus ei concessisset ut omnibus dapibus appositis ad arbitrium suum uteretur, omnibus regis ministris eas distribuit, nulla Sacæ data qui Astyagi bibere ministrabat. Quod ægre tulit rex, Cyroque vehementer objecit illum inoffi-

son dévouement et par l'adresse merveilleuse avec laquelle il servait à boire[1]. « Ne faut-il que cela[2], repartit Cyrus, pour mériter vos bonnes grâces ? Je les aurai bientôt gagnées, car je me fais fort[3] de vous servir mieux que lui. » Aussitôt on équipe le petit Cyrus en échanson. Il s'avança gravement, d'un air sérieux, la serviette sur l'épaule, et tenant la coupe délicatement de trois doigts, il la présenta au roi avec une grâce et une dextérité qui charmèrent Astyage et Mandane.

Quand cela fut fait, il se jeta au cou de son grand-père et, en le baisant, il s'écria plein de joie : « O Sacas ! pauvre Sacas[4] ! te voilà perdu ! j'aurai ta charge. » Astyage lui dit en lui témoignant beaucoup d'amitié : « Je suis très content, mon fils ; on ne peut pas mieux servir. Vous avez cependant oublié une cérémonie[5] qui est essentielle : c'est de goûter la liqueur que vous m'avez présentée. — Ce n'est point du tout par oubli[6], reprit Cyrus, que j'en ai usé[7] ainsi. — Et pourquoi donc ? dit Astyage. — C'est que j'ai craint que cette liqueur ne fût du poison. — Du poison ? s'écria le roi. Et comment cela ? — Oui, mon père, répliqua le jeune prince ; car il n'y a pas longtemps que dans un repas que vous donniez aux grands seigneurs de votre cour, je m'aperçus qu'après qu'on eût bu de cette liqueur, la tête tourna[8] à tous les convives. On criait, on chantait, on parlait à tort et à travers. Vous paraissiez avoir oublié, vous, que vous étiez le roi, et eux, qu'ils étaient vos sujets. Enfin, quand vous voulûtes vous mettre à danser[9], vous ne pouviez pas vous soutenir. — Comment ! reprit Astyage, n'arrive-t-il pas la même chose à

1. *Ministro bibere*. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 394, rem. 2. — 2. Proposition conditionnelle à forme interrogative. Cf. Ragon. *Gram. franc.*, n° 912. — 3. *Profiteri*. — 4. Accusatif d'exclamation. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, 248. — 5. *Unum*. — 6. *Minime oblitus*. — 7. *J'ai agi*. — 8. *Mentis non esse compos*. — 9. *Danser*.

ciosum fuisse in ministrum studio præstantissimum miraque sollertia qua bibere ministrabat. « Si nihil aliud, inquit Cyrus, necessarium est ad tuum favorem consequendum, breviter illum consequar: profiteor enim me Saca melius tibi bibere ministraturum. » Itaque parvulus Cyrus, pocula ministrantis veste statim indutus, composite processit, severo vultu, mappamque humero gerens, atque tribus digitis eleganter arreptum poculum ea venustate atque sollertia regi porrexit ut Astyagem et Mandanam summopere delectaret.

Quo facto, avi collum invasit atque osculatus lætissime exclamavit : « O Sacam! miserum Sacam! O perditum hominem! tuum munus mihi cedet. » Cui cum magnam amicitiam significasset : « Valde te amo, ait Astyages; nemo est qui rectius ministrare possit. Unum tamen idque præcipuum te fugit, cum potionem quam mihi obtulisti non prælibaveris. — At, inquit Cyrus, minime oblitus feci — Quid ita? — Timui ne illa potio venenum esset. — Unde autem venenum? — Etiam, pater, ait juvenis; nuper enim, cum regii homines apud te epularentur, convivas omnes, postquam liquorem istum biberant, mentis jam non compotes esse animadverti, sed clamare, canere et temere loqui; tu quidem oblitus esse videbaris te esse regem, illi autem se tuos esse populares; postremo, cum saltare voluisti, stare non poteras. — Nonne, ait Astyages, tuo patri idem accidit? — Nequaquam, respondit

votre père ? — Jamais, répondit Cyrus ; quand il a bu, il cesse d'avoir soif, et voilà tout ce qui en arrive. »

ROLLIN. *Histoire ancienne*, V, 1.

XLIII. — Aristide.

Vers ce temps-là[1] mourut Aristide. Il avait rempli les premières charges de la république avec distinction, et manié les finances avec une autorité absolue ; et, ce qui est bien plus, avec une justice, une fidélité et une réserve si grandes, qu'il vint à bout de se faire aimer[2] dans un emploi où c'est beaucoup de ne pas se rendre odieux. Il est difficile de porter plus loin le mépris des richesses. Il paraissait aimer la pauvreté par goût et par estime, et, loin d'en rougir[3], il n'en tirait pas moins de gloire que de tous ses trophées, et de toutes les victoires qu'il avait remportées. Il mourut si pauvre qu'il ne laissa[4] pas de quoi se faire enterrer[5]. Il fallut que l'Etat fît les frais de ses funérailles et nourrît sa famille. De toutes les vertus d'Aristide, la plus connue, et celle qui se fit le plus sentir, fut la justice, qui lui mérita le surnom de Juste : surnom véritablement grand, ou, pour mieux dire, véritablement divin. Thémistocle, dit Platon, Cimon et Périclès ont rempli leur ville de superbes monuments, de portiques, de statues, de richesses, d'ornements et d'autres vaines superfluités de ce genre ; mais Aristide a travaillé à la remplir[6] de vertus.

ROLLIN. *Histoire ancienne*, VIII, 2.

1. *Sub idem tempus.* — 2. *Se fit aimer.* — 3. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 478. — 4. Proposition consécutive. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 473. — 5. Interrogation indirecte. *Se faire enterrer* = *efferri.* — 6. Proposition finale. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 472.

Cyrus; sed, cum bibit, nihil aliud ei accidit nisi jam non sitire. »

XLIII. — De Aristide.

Sub idem fere tempus mortuus est Aristides. Qui primis reipublicæ muneribus egregie perfunctus erat publicamque pecuniam non solum summo administraverat imperio, sed etiam, quod majus est, adeo juste, fideliter et modeste ut in quo vitare odium multum est, in eo officio amorem consequeretur. Majorem divitiarum contemptum exhibere difficile est. Paupertatem enim studio quodam atque admiratione amplecti videbatur ; tantum aberat ut eà erubesceret, ut non minus eam quam tot tropæa totque partas victorias sibi gloriæ verteret. Ita pauper mortuus est ut non relinqueret unde efferretur, ideoque publice sepultus est familiaque ejus sustentata. Ex omnibus Aristidis virtutibus nulla est quam magis noverint senserintque homines quam justitia; quare Justus est appellatus, magno, vel ut verius dicam, divino cognomine. Themistoclem, Cimonem Periclemque censet Plato magnificis ædificiis, porticibus, statuis, divitiis, ornamentis aliisque ejusmodi supervacaneis rebus Athenas implevisse, Aristidem autem in eo laboravisse ut eam virtutibus impleret.

XLIV. — Le pantomime et le paysan.

Tout le peuple d'une ville s'était assemblé dans une grande place pour voir jouer des pantomimes. Parmi ces acteurs, il y en avait un que l'on applaudissait à chaque moment. Ce bouffon, sur la fin du jeu, voulut fermer le théâtre[1] par un spectacle nouveau. Il parut seul sur la scène, se baissa, se couvrit la tête de son manteau et se mit à contrefaire le cri d'un cochon de lait. Il s'en acquitta de manière qu'on s'imagina qu'il en avait un véritable caché sous ses habits. On lui cria de secouer son manteau et sa robe[2], ce qu'il fit; et, comme il ne se trouva rien dessous, les applaudissements se renouvelèrent dans l'assemblée. Un paysan, qui était du nombre des spectateurs, fut choqué de ces témoignages d'admiration : « Messieurs, s'écria-t-il, vous avez tort d'être charmés de ce bouffon; il n'est pas si bon acteur que vous le croyez. Je sais mieux que lui faire le cochon de lait[3], et, si vous en doutez, vous n'avez qu'à revenir ici[4] demain à la même heure. » Le peuple, prévenu en faveur du pantomime, se rassembla le jour suivant en plus grand nombre et plutôt pour siffler le paysan que pour voir ce qu'il savait faire[5]. Les deux rivaux parurent sur le théâtre. Le bouffon commença et fut encore plus applaudi que le jour précédent. Alors le villageois s'étant baissé à son tour et enveloppé la tête de son manteau, tira l'oreille à un véritable cochon qu'il tenait sous son bras et lui fit pousser des cris perçants. Cependant l'assistance ne laissa pas de donner[6] le prix au pantomime, et chargea de huées le paysan, qui, montrant tout à

1. Terminer la représentation = *ludos conficere*. — 2. Discours indirect. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 452. On peut aussi traduire : *clamore jussus excutiit....* — 3. *Agere* avec l'accusatif. — 4. *Revenez ici.* — 5. Interrogation indirecte. — 6. Gallicisme. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 554.

XLIV. — **De histrione et rustico.**

Cum omnis civitas in magnum forum convenisset, histrionum gestus spectandi causa, unum ex iis continuis plausibus excipiebant; qui extremos ludos novo spectaculo conficere voluit. Itaque in scænam solus prodiit, cumque se submisisset atque pænula caput cooperuisset, lactei porci fremitum imitari cœpit atque ita simulavit ut verum porcum sub veste ejus absconditum esse omnes arbitrarentur. Postquam, magno clamore jussus, pænulam et vestem excussit nihilque esse absconditum fidem fecit, iterum majore impetu omnium plausu exceptus est. Rusticus autem quidam, qui inter spectantes erat, cum tantæ admirationis signa ægre ferret : « Lectissimi viri, inquit, ab isto scurra immerito delectamini ; non enim feliciter agit, quemadmodum putatis. Ego vero melius illo lacteum porcum possum agere ; quod si in dubium vobis venit, cras eadem hora huc redire vos jubeo. » Illi, maximo studio accensi in histrionem, postero die frequentiores convenerunt, potius rusticum explosuri quam exploraturi quid posset. Cum æmuli in scænam prodiissent, prior egit histrio majoremque quam pridie plausum movit; tum rusticus se ipse quoque submisit, pænulam capiti circumdedit atque lacteo porco, quem sub brachio habebat, aure detracta clamorem acutum elicuit. Spectantes tamen histrioni primas partes dederunt,

coup le cochon de lait aux spectateurs : « Messieurs, leur dit-il, ce n'est pas moi que vous sifflez, c'est le cochon lui-même. Voyez quels juges vous êtes[1] ! »

LESAGE.

XLV. — Une bonne métairie.

Rien n'est plus beau, à mon gré, qu'une vaste maison rustique dans laquelle entrent et sortent, par quatre grandes portes cochères, des chariots chargés de toutes les dépouilles[2] de la campagne ; les colonnes de chêne qui soutiennent toute la charpente sont placées à des distances égales sur des socles de roche ; de longues écuries règnent[3] à droite et à gauche. Cinquante vaches proprement tenues[4] occupent un côté avec leurs génisses ; les chevaux et les bœufs sont de l'autre ; leur pâture tombe dans leurs crèches du haut de greniers immenses ; les granges où l'on bat les grains sont au milieu ; et vous savez que tous les animaux, logés chacun à leur place, dans ce grand édifice, sentent très bien que le fourrage, l'avoine qu'il renferme, leur appartiennent de droit.

Au midi sont les basses-cours et les bergeries ; au nord sont les pressoirs, les celliers, la fruiterie ; au levant les logements du régisseur[5] et de trente domestiques ; au couchant s'étendent les grandes prairies pâturées[6] et engraissées par tous ces animaux, compagnons du travail de l'homme.

Les arbres du verger, chargés de fruits, sont encore une autre richesse. Quatre ou cinq cents ruches sont établies auprès d'un petit ruisseau qui arrose ce verger ; les abeilles donnent au possesseur une récolte considérable de miel et de cire, sans

1. Interrogation indirecte. — 2. *Fructus.* — 3. *Porriguntur.* — 4. *Nitidæ.* — 5. *Vilicus.* — 6. *Où le bétail paît.*

rusticumque clamoribus et sibilis consecuti sunt; ille autem, porco repente ostenso : « Lectissimi viri, inquit, non me exploditis, sed porcum ipsum; videte igitur quemadmodum judicetis ! »

XLV. — Bona villa describitur.

Nihil, mea sententia, rustica domo pulchrius est quam quattuor fornicibus intrant et qua egrediuntur plaustra omni agrorum fructu prægravia; quernæ columnæ, quibus omnis materia superstat, saxeis basibus imponuntur paribus intervallis distantibus : dextra et sinistra longa stabula porriguntur, quorum alia quinquaginta nitidæ vaccæ cum buculis, alia equi cum bobus obtinent; in eorum præsepia pastus ex immensis granariis demittitur; in medio sunt horrea in quibus tunduntur messes; omnibus autem armentis, quæ suum quæque locum in illo magno ædificio obtinent, illud sane succurrit quodcumque pabuli est atque avenæ sibi jure cedere.

Ad meridiem spectant chortes atque ovilia; ad aquilonem præla, cellæ, pomarium; ad orientem, cellæ vilici atque triginta famulorum; ad occidentem, magna jacent prata quæ omnia armenta illa, in societatem operæ ab hominibus adscita, stercorant dum pabulantur.

Pomarii autem arbores, quæ fructu exuberant, alias opes suppeditant. Quadringentis aut quingentis alveariis propter parvum rivum locatis, qui

qu'il s'embarasse[1] de toutes les fables qu'on a débitées sur ce peuple industrieux.

Il y a des allées de mûriers à perte de vue ; les feuilles nourrissent ces vers précieux qui ne sont pas moins utiles que les abeilles.

Une partie de cette vaste enceinte est fermée par un rempart impénétrable d'aubépine, proprement taillée, qui réjouit l'odorat et la vue.

La cour et les basses-cours ont d'assez hautes murailles.

Telle doit être une bonne métairie; il en est quelques-unes de ce goût vers les frontières que j'habite ; et je vous avouerai[2] même sans vanité que la mienne ressemble en quelque chose à celle que je viens de[3] vous dépeindre.

VOLTAIRE. *Lettre à M. Dupont*, 7 juin 1769.

XLVI. — Sur l'efficacité des voyages.

Un Anglais hypocondriaque s'adressa à un docteur, homme d'esprit et célèbre médecin de son pays. Le docteur lui dit : « Je ne puis rien pour vous, et le seul homme capable de[4] vous soulager est bien loin. — Où est-il ? — A Moscou. » Le malade part pour Moscou; mais il était précédé d'une lettre du docteur. Arrivé à Moscou, on lui apprend que l'homme qu'il cherchait s'en était allé à Rome. Le malade part pour Rome, d'où on l'envoie à Paris, d'où on l'envoie à Vienne, d'où on l'envoie je ne sais où, d'où on l'envoie à Londres, où il arrive guéri. Le meilleur médecin est celui après lequel on court et qu'on ne trouve point.

DIDEROT.

1. Et il ne s'embarasse pas des fables = *neque fabulas curat*. — 2. Employer le parfait du subjonctif, pour adoucir l'affirmation. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 418. — 3. *Venir de* est un gallicisme = *modo*. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 554. — 4 *Is qui*.

pomarium alluit, magnam vim mellis et ceræ ex apibus dominus percipit, neque fabulas curat quæ de sollerti illa gente jactatæ sunt.

Ambulationes, moris consitæ, magis patent quam ut perspici possint, foliisque mororum alunturpretiosi illi vermes qui non minori quam apes utilitati sunt.

Magni pars prædii invio vallo claudit alba spina quæ mundissime amputatur atque nasum et oculos delectat; aula autem et chortes magnis muris cinguntur.

Ejusmodi esse debet bona villa suntque nonnullæ circa fines in quibus habito; immo sine ulla venditatione meam affirmaverim haud ita ei dissimilem esse quam modo descripsi.

XLVI. — Quid possint itinera.

Cum Anglus quidam, bili atra laborans, doctorem adhibuisset, hominem valde acutum celebremque in Anglia medicum : « Nihil habeo, ait doctor, quod tibi prosit, unusque ex hominibus qui tibi levationis aliquid possit afferre longissime ex hoc loco habitat. — Ubinam? — Mosquæ. » Æger Mosquam proficiscitur; epistulæ autem doctoris eum antecesserant. Quo cum advenisset, ei nuntiatum est hominem quem quæreret petiisse Romam. Romam igitur æger contendit, unde mittitur Lutetiam, Lutetia autem Vindobonam, tum Vindobona in quem nescio locum, e quo tandem Londinum quo sanatus advenit. Medicorum igitur ille optimus est quem cursim petimus, nunquam autem invenimus.

XLVII. — Si j'étais riche!

Je n'irais pas me bâtir[1] une ville en campagne, et mettre au fond d'une province les Tuileries[2] devant mon appartement. Sur le penchant de quelque[3] agréable colline bien ombragée, j'aurais[4] une petite maison rustique, une maison blanche avec des contrevents verts; et quoique[5] une couverture de chaume soit en toute saison la meilleure, je préférerais magnifiquement, non la triste ardoise, mais la tuile, parce qu'elle a l'air plus propre et plus gaie que le chaume, qu'on ne couvre pas autrement les maisons de mon pays, et que cela me rappellerait un peu l'heureux temps de ma jeunesse. J'aurais pour cour une basse-cour, et pour écurie une étable avec des vaches, pour avoir du laitage que j'aime beaucoup. J'aurais un potager pour jardin, et pour parc un joli verger. Les fruits, à la discrétion des promeneurs, ne seraient ni comptés ni cueillis par mon jardinier, et mon avare magnificence n'étalerait point aux yeux des espaliers superbes, auxquels à peine on osât toucher. Or cette petite prodigalité serait peu coûteuse, parce que j'aurais choisi mon asile dans quelque province éloignée où l'on voit[6] peu d'argent et beaucoup de denrées, et où règnent[7] l'abondance et la pauvreté.

ROUSSEAU. *Emile*, IV.

XLVIII. — Une nuit à la belle étoile.

Je me souviens d'avoir passé une nuit délicieuse

1. *Aller* est un verbe auxiliaire; il ne se traduit pas. Employer le subjonctif irréel. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 424. — 2. *Regia*. — 3. *Une*. — 4. Subjonctif irréel, ainsi que dans les phrases suivantes. — 5. *Etsi* ou *quanquam* avec l'indicatif. — 6. La règle de la concordance des temps en latin demande ici le passé. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 458, rem. 1. — 7. *Id.*

XLVII. — Utinam dives essem !

Ruri urbem nequaquam conderem neque, in remotissima regione, pro tecto regiam ædificarem; sed, in loco declivi atque opaco, mihi parva domus esset eaque alba atque viridibus foriculis munita; etsi omni tempore anni satius est stramento arido tegi domos, tamen stramento non sectilem lapidem, qui tristis est, sed tegulam magnifice anteferrem; munditiam enim atque lætitiam magis redolet: tum non aliter in mea patria domus tegi solent, feliciaque meæ juventutis tempora tegularum conspectus mihi in memoriam aliquantum revocaret. Mihi aula chors esset, atque in stabulo vaccæ lac præbituræ quod mihi jucundissum est; tum hortus qui olera ferret; pro sæpto silvula esset, atque pomarium, cujus fructus ab hortulano neque annumerarentur neque colligerentur; non ita magnifice avarus essem ut pulchra adminicula oculis hominum ostentarem, quibu nemo vix manum admovere auderet. Luxuria autem parva illa non magno sumptui esset, quoniam in regionem aliquam remotam consilio confugissem in qua, cum rarum argentum esset multa autem annona, abundantia atque paupertas valerent.

XLVIII. — De nocte sub dio consumpta.

Memini me jucundissimam noctem sub dio egisse, extra urbem, in via quæ præter oram Rho-

hors de la ville, dans un chemin qui côtoyait le Rhône ou la Saône, car je ne me rappelle pas lequel des deux. Des jardins élevés en terrasse[1] bordaient le chemin du côté opposé. Il avait fait très chaud ce jour-là, la soirée était charmante, la rosée humectait l'herbe flétrie; point de vent, une nuit tranquille, l'air était frais sans être froid : le soleil, après son coucher, avait laissé dans le ciel des vapeurs rouges dont la réflexion rendait l'eau couleur de rose; les arbres des terrasses étaient chargés de rossignols, qui se répondaient l'un à l'autre[2]. Je me promenais dans une sorte d'extase. Absorbé dans ma douce rêverie, je prolongeai fort avant dans la nuit[3] ma promenade sans m'apercevoir que j'étais las; je m'en aperçus enfin. Je me couchai voluptueusement sur la tablette d'une espèce de niche ou d'arcade enfoncée dans un mur de terrasse; le ciel de mon lit était formé par les têtes des arbres; un rossignol était précisément au dessus de moi; je m'endormis à son chant : mon sommeil fut doux, mon réveil le fut davantage. Il était grand jour[4]; mes yeux en s'ouvrant virent le soleil, l'eau, la verdure, un paysage admirable. Je me levai, me secouai, la faim me prit, je m'acheminai gaiment vers la ville, résolu de mettre à un bon déjeuner[5] deux pièces de six blancs[6] qui me restaient encore.

JEAN-JACQUES ROUSSEAU. *Confessions*, 1re partie, IV.

XLIX. — L'âne.

Il est de son naturel[7] aussi humble, aussi patient, aussi tranquille, que le cheval est fier, ardent,

1. *Horti aggerati.* — 2. *Alterna cantare.* — 3. *Ad multam noctem.* — 4. *Multa lux erat.* — 5. De dépenser pour un bon déjeuner. *In* avec l'accusatif. — 6. *Duodecim teruncii.* — 7. *Natura.*

dani aut Araris jacet; uter autem esset jam me fugit. Ex adversa parte erant propter viam horti aggerati. Multus calor ea die fuerat; amœnissima autem vespera erat, herba quæ marcuerat irrorata, ventis compositis, nocte tranquilla, aere non nimium frigido; sole occiduo, in cælo supererant rubri vapores qui, dum repercutiuntur, roseo colore aquam tingebant; aggeratorum hortorum refertæ erant lusciniis alterna cantantibus. Ego vero quasi stupens ambulabam, dulcique meditatione occupatissimus ad multam noctem ambulare perseveravi, neque me esse defessum intellegebam; quod ut sensi, in tabula cujusdam columbarii aut fornicis quem in muro aggeris defixerant delicate procubui; arborum comæ meo strato pro tecto erant, et supra me luscinia cujus cantus me audientem somnus complexus est; jucunde dormivi, jucundius autem e somno excitatus sum. Multa lux erat, oculosque aperui ut solem, aquam, viriditatem, admirandum prospectum adspicerem; surrexi meque ipse excussi, cumque esurirem ad urbem alacri animo contendi, capto consilio in lautum jentaculum duodecim teruncios impendendi qui mihi supererant.

XLIX. — De asino.

Ut ferox, ardens atque violentus natura equus est, ita humilis, patiens et tranquillus asinus; pœnas et verbera constanter et fortasse animose

impétueux : il souffre avec constance, et peut-être avec courage, les châtiments et les coups. Il est sobre et sur la quantité et sur la qualité de la nourriture[1] : il se contente des herbes les plus dures, les plus désagréables, que le cheval et les autres animaux lui laissent et dédaignent. Il est fort délicat sur l'eau ; il ne veut boire que la plus claire et aux ruisseaux qui lui sont connus. Il boit aussi sobrement qu'il mange, et n'enfonce point du tout[2] son nez dans l'eau, par la peur que lui fait, dit-on, l'ombre de ses oreilles. Comme l'on ne prend pas la peine[3] de l'étriller, il se roule souvent sur le gazon, sur les chardons, sur la fougère ; et, sans se soucier[4] beaucoup de ce qu'on lui fait porter, il se couche pour se rouler toutes les fois qu'il le peut, et semble par là reprocher à son maître le peu de soin qu'on prend de lui ; car il ne se vautre pas, comme le cheval, dans la fange et dans l'eau, il craint même de[5] se mouiller les pieds, et se détourne pour éviter la boue : aussi a-t-il la jambe plus sèche et plus nette que le cheval. Il est susceptible d'éducation[6], et l'on en a vu d'assez bien dressés pour[7] faire curiosité de spectacle[8].

BUFFON. *Histoire naturelle.*

L. — Le bœuf de labour.

Un bon bœuf pour la charrue[9] ne doit être ni trop gras ni trop maigre ; il doit avoir la tête courte et ramassée, les oreilles grandes, bien velues et bien unies, les cornes fortes, luisantes et de moyenne grandeur, le front large, les yeux gros et noirs, le

1. Il se contente d'une nourriture peu abondante et commune. — 2. *Minime.* — 3. Proposition causale. — 4. Ablatif absolu : *Neglecto onere.* — 5. *Vereri* avec l'infinitif. — 6. Il peut être élevé. — 7. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 474. — 8. Pour être à spectacle curieux. — 9. *Idoneus ad arandum* ou *qui aret.* Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 279, rem. 2 et n° 507.

patitur; exiguo et vulgari pabulo est contentus, durissimis scilicet atque acerbissimis herbis, quas equus et cetera animalia illi relinquunt atque aspernantur. Aquam autem multum fastidit, cum tantum limpidissimam et eam ex notis rivis bibat; cum cibo, tum potu sobrie utitur, naso minime in aquam demisso propterea quod aurium umbram metuere dicitur. Cum nemo sit qui eum subradendum curet, sæpe in gramine, carduis, filice volutatur, atque, neglecto onere, procumbit quotiescumque potest volutandi causa, quasi sui negligentiam domino exprobret. Non enim in luto et aqua, quemadmodum equus, volutatur; veretur vel pedes tingere, devertitque ut lutum vitet; illi igitur crura sunt magis sicca atque nitida quam equo. Educari potest fueruntque quidam asini ita instituti ut miro spectaculo essent.

L. — De bove aratorio.

Bos ad arandum idoneus neque pinguior neque macilentior esse debet; sit illi caput breve atque compactum, aures magnæ, multum villosæ et læves, cornua robusta, splendida et modica, frons lata, grandes nigrique oculi, rostrum ingens atque collisum, patentissimæ nares, dentes albi atque æquales, nigra labra, collum torosum, armi graves,

mufle gros et camus, les naseaux bien ouverts, les dents blanches et égales, les lèvres noires, le cou charnu, les épaules lourdes et pesantes, la poitrine large, le fanon, c'est-à-dire la peau du devant, pendante jusque sur les genous, les reins fort larges, le ventre spacieux et tombant, les flancs grands, les hanches longues, la croupe épaisse, les jambes et les cuisses grosses et nerveuses, le dos droit et plein, la queue pendante jusqu'à terre et garnie de poils touffus, les pieds fermes, le cuir grossier et maniable, les muscles élevés et l'ongle court et large.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

LI. — La brebis.

La brebis est absolument sans ressource et sans défense; le bélier n'a que de faibles armes, son courage n'est qu'une pétulance inutile pour lui-même, incommode pour les autres. Les moutons sont encore plus timides que les brebis; c'est par crainte qu'ils se rassemblent si souvent en troupeaux; le moindre bruit extraordinaire suffit pour qu'ils se précipitent[1] et se serrent les uns contre les autres, et cette crainte est accompagnée de[2] la plus grande stupidité, car ils ne savent pas fuir le danger; ils semblent même ne pas sentir l'incommodité de[3] leur situation; ils restent où ils se trouvent à la pluie, à la neige; ils y demeurent opiniâtrément; et, pour les obliger à changer de lieu et à prendre une route, il leur faut un chef, qu'on instruit à marcher le premier, et dont ils suivent tous les mouvements pas à pas. Ce chef demeurerait lui-même[4] avec le reste du trou-

1. S'ils ont entendu le moindre bruit, ils se précipitent. — 2. *Metu stupere.* — 3. Combien est incommode leur situation. Interrogation indirecte. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 454. — 4. Subjonctif irréel. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 424.

pectus latum, palearia, id est adversa pellis, ad genua pendentia, latissimi lumbi, venter spatiosus atque demissus, ilia magna, coxendices productæ, tergum crassum, crura atque femora magna et nervosa, dorsum rectum atque plenum, cauda ad terram demissa spissisque villis instructa, pedes firmi, corium crassum et tractabile, tori elati ungues breves et spatiosi.

LI. — De ove.

Ovis omni ope atque auxilio destituitur ; sunt arieti arma imbecilla ; virtus ejus nihil aliud est nisi petulantia illi inutilis, ceteris incommoda; verveces vel ovibus sunt timidiores; metu sæpissime in gregem conveniunt ; si levissimum sonum eumque insolitum audierunt, cursu feruntur atque densi se agglomerant: metu omnino stupent, nam pericula vitare nesciunt; ne sentire quidem videntur quam incommode sint; manent enim ubi sunt, ita pertinaciter imbri aut nivi obnoxii ut locum mutare atque viam capessere non cogantur nisi a duce qui docetur ire primus cujusque motum pedetentim sequuntur ; ipse autem dux in eodem loco cum reliquo grege maneret immotus, nisi a pastore compelleretur aut a cane excitaretur qui,

peau, sans mouvement, dans la même place, s'il n'était pas chassé par le berger, ou excité par le chien commis à leur garde, lequel sait en effet veiller à leur sûreté[1], les défendre, les diriger, les séparer, les assembler et leur communiquer les mouvements qui leur manquent.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

LII. — La chèvre.

La chèvre a de sa nature[2] plus de sentiment et de ressource que la brebis ; elle vient à l'homme volontiers, elle se familiarise aisément, elle est sensible aux caresses et capable d'attachement[3]; elle est aussi plus forte, plus légère, plus agile et moins timide que la brebis; elle est vive, capricieuse et vagabonde. Ce n'est qu'avec peine[4] qu'on la conduit et qu'on peut la réduire en troupeau; elle aime à[5] s'écarter dans les solitudes, à grimper sur les lieux escarpés, à se placer et même à dormir sur la pointe des rochers et sur le bord des précipices.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

LIII. — Le chien.

Le chien, indépendamment de la[6] beauté de sa forme, de la vivacité, de la force, de la légèreté, a, par excellence, toutes les qualités intérieures qui peuvent lui attirer les regards de l'homme. Un naturel ardent, colère[7], même féroce et sanguinaire, rend le chien sauvage et redoutable à tous les ani-

1. *Consulere* avec le datif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 275. — 2. *Naturâ.* — 3. *Idonea quæ* avec le subjonctif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 507. — 4. *Ce n'est que...* est un gallicisme qui ne se traduit pas en latin. — 5. *Juvat* avec l'infinitif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 379. — 6. *Præter* avec l'accusatif. — 7. Adjectif.

custodiæ eorum præpositus, servandis eis scit consulere, eos defendere, ducere, separare, congregare, motum denique quo destituuntur eis afferre.

LII. — De capra.

In capra majorem sensum opemque quam in ove invenire est; libenter enim hominem adit, facile assuescit, blanditiis movetur, idonea est quæ diligat; ceterum viribus, levitate, velocitate et audacia ove præstat, vivida est, mobilis et vaga. Non sine multo labore se duci patitur et ad gregem redigi; illam enim per deserta errare juvat, prærupta scandere, consistere atque etiam dormire in saxis eminentibus atque in præcipiti.

LIII. — De cane.

Præter formæ pulchritudinem, alacritatem, vires atque velocitatem, uni cani maxime sunt omnes animi virtutes quæ hominum ora in eum convertere possunt. Ut enim natura ardens atque iracundus, immanis etiam et cruentus, ferus canis omnibus animalibus terrori est, ita domesticus, mitissime animatus, dominum amplecti eique placere cupit; cujus ad pedes repit, virtutem, vigorem atque industriam ei devoturus; ejus jussa aucupatur quæ facessat;

maux, et cède dans le chien domestique aux sentiments les plus doux, au plaisir de s'attacher et au désir de plaire ; il vient en rampant mettre aux pieds de son maître son courage, sa force, ses talents ; il attend ses ordres pour en faire usage ; il le consulte, il l'interroge, il le supplie ; un coup d'œil suffit, il entend les signes de sa volonté. Sans avoir[1], comme l'homme, la lumière de la pensée, il a toute la chaleur du sentiment ; il a de plus que lui la fidélité, la constance dans ses affections : nulle ambition, nul intérêt, nul désir de vengeance, nulle crainte que celle de déplaire ; il est tout zèle, toute ardeur et toute obéissance. Plus sensible au souvenir des bienfaits qu'à celui des outrages, il ne se rebute pas par les mauvais traitements ; il les subit, les oublie, ou ne s'en souvient que pour s'attacher davantage : loin de s'irriter ou de fuir[2], il s'expose de lui-même à de nouvelles épreuves ; il lèche cette main, instrument de douleur, qui vient de[3] le frapper ; il ne lui oppose que la plainte, et la désarme enfin par la patience et par la soumission.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

LIV. — L'écureuil.

L'écureuil est un joli petit animal qui n'est qu'à demi sauvage, et qui, par sa gentillesse, par sa docilité, par l'innocence de ses mœurs, mériterait d'être épargné[4] ; il n'est ni carnassier ni nuisible, quoiqu'il saisisse[5] quelquefois des oiseaux ; sa nourriture ordinaire sont[6] des fruits, des amandes, des noi-

1. Bien qu'il n'ait pas. — 2. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 478. — 3. Gallicisme = *modo*. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 554. — 4. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 507. — 5. *Etsi* ou *quanquam* avec l'indicatif. — 6. Sur ce verbe au pluriel, cf. RAGON. *Gram. franç.*, n° 589, rem. 2.

eum consulit, interrogat, obsecrat; uno oculorum conjectu intellegit omnia quæ voluerit. Etsi lumine mentis caret, quod homini est, tamen animo fervet atque, quod quidem deest homini, fidelis est constanterque diligit; nihil cupit, nihil sibi quærit, nulla ulciscendi ardet libidine nec quidquam aliud nisi non placere veretur, sed solo parendi studio flagrat. Cum magis beneficia quam injurias meminerit, male tractatus minime permovetur, sed maleficium patitur aut ita meminit ut dominum magis amplectatur; tantum enim abest ut irascatur aut fugiat, ut se ipse novis malis offerat, manumque illam, quæ nuper verberando doloris ministra fuit, lambat, ei nihil aliud nisi questum opponat, denique patientia et obsequio mitem eam efficiat.

LIV. — De sciuro.

Sciurus, bella parvaque bestia, semifer est; propter venustatem, docilitatem atque morum innocentiam dignus est cui parcatur; neque carnivorus neque nocens, etsi aves nonnunquam arripit; solito vescitur fructibus, nucleis, abellinis, fago atque glande; mundus est, alacer, promptus, maxime agilis, vigilantissimus sollertissimusque; illi sunt oculi ardentes, vultus delicatus, lacertosum corpus, promptissima membra; venustæ formæ decori est atque ornamento pulchra cauda

settes, de la faine et du gland. Il est propre, leste, vif, très alerte, très éveillé, très industrieux ; il a les yeux pleins de feu, la physionomie fine, le corps nerveux, les membres très dispos ; sa jolie figure est encore rehaussée, parée par une belle queue en forme de panache, qu'il relève jusque dessus sa tête, et sous laquelle il se met à l'ombre. Il est, pour ainsi dire, moins quadrupède que les autres ; il se tient ordinairement assis presque debout, et se sert de ses pieds de devant comme d'une main, pour porter à sa bouche. Au lieu de se cacher[1] sous terre, il est toujours en l'air ; il approche des oiseaux[2] par sa légèreté ; il demeure comme eux sur la cime des arbres, parcourt les forêts en sautant de l'un à l'autre, y fait aussi son nid, cueille les graines, boit la rosée et ne descend à terre que quand les arbres sont agités par la violence des vents.

On ne le retrouve point dans les champs, dans les lieux découverts, dans les pays de plaine ; il n'approche jamais des habitations ; il ne reste point dans les taillis, mais dans les bois de hauteur[3], sur les vieux arbres des plus belles futaies. Il craint l'eau plus encore que la terre, et l'on assure que, lorsqu'il faut la passer[4], il se sert d'une écorce pour[5] vaisseau, et de sa queue pour[6] voile et pour[7] gouvernail. Il ne s'engourdit pas comme le loir pendant l'hiver ; il est en tout temps très éveillé, et pour peu que[8] l'on touche au pied de l'arbre sur lequel il repose, il sort de sa petite bauge, fuit sur un autre arbre, ou se cache à l'abri d'une branche. Il ramasse des noisettes pendant l'été, en remplit les trous, les

1. *Non modo non... sed.* Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 554. — 2. Il ressemble beaucoup aux oiseaux. — 3. Bois élevés. — 4. Adjectif verbal. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 393. — 5. *Loco* avec le génitif. — 6. *Id.* — 7. *Id.* — 8. Proposition conditionnelle. Cf. Ragon. *Gram. franç.*, n° 914.

cristæ similis, quam supra caput erigit quaque sibi ipse obumbrat. Minus quadrupes est, ut ita dicam, quam ceteri; solet enim prope rectus sedere, prioribusque pedibus, quasi manu, utitur ut ori cibum admoveat; non modo non sub terra latitat, sed semper sublimis est; velocitate avibus proximus accedit, cum, earum instar, in summis arboribus habitet, silvas percurrat arbores assultim petens, nidum quoque in eis constituat, colligat grana, bibat rorem, neque ad terram unquam descendat nisi cum maximo vento arbores agitantur.

Non invenitur in agris, neque in propatulis neque in campis; non accedit unquam ad domicilia; non in cædua sed in magna silva manet, in veteribus procerrimisque arboribus. Magis quam terram aquam metuit; quæ cum ei trajicienda est, pro certo affirmant cum cortice quasi nave uti caudamque veli et gubernaculi loco adhibere. Hiberno tempore non torpescit ut glis, sed semper maxime erectus est; si enim paulum modo imam arborem in qua jacet attigeris, e parvo cubili egressus in aliam fugit arborem aut ramo tectus latet. Collectis æstate abellinis cavernas rimasque veterum arborum complet, hieme utitur, quærit etiam eas sub nive quam scabit ut avertat. Vox ei clara acutiorque voce mustelæ; adde quod ore

fentes des vieux arbres, et a recours en hiver à sa provision ; il les cherche aussi sous la neige, qu'il détourne en grattant. Il a la voix éclatante et plus perçante encore que celle de la fouine ; il a de plus un murmure à bouche fermée, un petit grognement de mécontentement qu'il fait entendre toutes les fois qu'on l'irrite. Il est trop léger pour marcher[1], il va ordinairement par petits sauts et quelquefois par bonds ; il a les ongles si pointus et les mouvements si prompts, qu'il grimpe[2] en un instant sur un hêtre dont l'écorce est fort lisse.

On entend les écureuils, pendant les belles nuits d'été[3], crier en courant sur les arbres les uns après les autres ; ils semblent craindre l'ardeur du soleil, ils demeurent pendant le jour à l'abri de leur domicile, dont ils sortent le soir pour s'exercer, jouer et manger. Ce domicile est propre, chaud et impénétrable à la pluie ; c'est ordinairement à l'enfourchure d'un arbre qu'ils l'établissent ; ils commencent par transporter des bûchettes[4] qu'ils mêlent, qu'ils entrelacent avec de la mousse ; ils la serrent ensuite, ils la foulent et donnent assez de capacité et de solidité à leur ouvrage pour[5] y être à l'aise et en sûreté avec leurs petits[6] ; il n'y a qu'une ouverture vers le haut juste, étroite, et qui suffit à peine pour passer : au dessus de l'ouverture est une espèce de couvert en cône qui met le tout[7] à l'abri, et fait que la pluie s'écoule par les côtés et ne pénètre pas. Ils muent au sortir de l'hiver ; le poil nouveau est plus roux que celui qui tombe. Ils se peignent, ils se polissent avec les mains et les dents ; ils sont propres, ils

1. *Trop pour.* Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 474, rem. — 2. Proposition consécutive. Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 473. — 3. En été, pendant les belles nuits. — 4. *Cremium.* — 5. *Assez pour.* Cf. Ragon. *Gram. lat.*, n° 474. — 6. *Pulli.* — 7. *Totum opus.*

clauso murmurat fremitque aliquantulum, cum irritatur. Levior est quam ut ingrediatur ; solet autem subsilire atque interdum exsultare ; ita acutos habet ungues eaque celeritate movetur ut levissimam fagum temporis momento scandat.

Estate audias, claras per noctes, sciuros clamantes dum alii alios per arbores insequuntur; videntur solis ardorem reformidare; die enim tuti manent in domicilio, e quo vespere egrediuntur sese exercendi causa, ludendi atque edendi. Illud autem domicilium mundum est, calidum atque imbri minime pervium. Solent in bifurco illud collocare; primum delata cremia musco admiscent atque impingunt, quem deinde premunt atque proterunt, ea capacitate et firmitate operi data ut ibi cum pullis commode atque tuto esse possint ; unum est in summo cubili foramen, aptum, angustum, vix transitui suppetens, conoque quodam coopertum quo totum opus protegitur arceturque imber, cum per latera diffluat. Post hiemen sciuri pilum mutant, novus autem vetere rufior est. Se ipsi pectunt et poliunt manibus dentibusque; mundi sunt; non male olent; eorum caro satis esculenta est. Caudæ pili in penicillos vertuntur, pellis autem boni vestimenti loco non adhibetur.

n'ont aucune mauvaise odeur; leur chair est assez bonne à manger. Le poil de la queue sert à faire des pinceaux; mais leur peau ne fait pas une bonne fourrure.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

LV. — Le lion.

Il a la démarche fière, la figure imposante, le regard assuré [1], la voix terrible; sa taille n'est point excessive, comme celle de [2] l'éléphant ou du rinocéros; elle n'est ni lourde, comme celle de l'hippopotame ou du bœuf, ni trop ramassée, comme celle de l'hyène ou de l'ours, ni trop alongée, ni déformée par des inégalités, comme celle du chameau; mais elle est, au contraire, si bien prise et si bien proportionnée, que le corps du lion paraît être le modèle de la force jointe à l'agilité; aussi solide que nerveux, n'étant [3] chargé ni de chair, ni de graisse, et ne contenant rien de surabondant, il est tout nerfs et muscles [4]. Cette grande force musculaire se marque au dehors par les sauts et les bonds prodigieux que le lion fait aisément; par le mouvement brusque de sa queue, qui est assez fort [5] pour terrasser un homme; par la facilité avec laquelle il fait mouvoir la peau de sa face et surtout celle de son front, ce qui ajoute beaucoup à sa physionomie, ou plutôt à l'expression de sa fureur; et enfin par la faculté qu'il a de remuer sa crinière, laquelle non seulement se hérisse, mais se meut et s'agite en tous sens, lorsqu'il est en colère.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

1. *Est illi, etc.* — 2. *Celle* n'est pas à traduire, *éléphant* devant être rendu par un *datif*. Même observation pour les propositions suivantes. — 3. *Parce qu'il n'est chargé*, etc. — 4. Il est aussi nerveux et aussi musculeux qu'il est possible de l'être = *quam* avec le superlatif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 342. — 5. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 474.

LV. — **De leone.**

Est illi species oris augusta, constantes oculi, ferox incessus, vox terribilis; non immodica, quemadmodum elephanto aut rhinoceroti, statura, sed neque gravis, ut hippopotamo aut bovi, neque quadratior, ut hyænæ aut urso, neque productior, neque asperitatibus, ut camelo, deformata; sed adeo justa atque congruens ut leonis corpus firmitatis velocitatisque exemplar esse videatur; cum enim tam firmus quam lacertosus, neque carne atque adipe sit pressus neque aliquid habeat supervacanei, quam nervosissimus et torosissimus est. Ingens illud robur hoc ostendit quod leo saltu ut mirabiliter ita facile insilit, caudam subito tanta vi movet ut hominem prosternat, vultus maximeque frontis pellem facillime versat quo species oris valde adaugetur vel potius multo magis eminet furor, denique jubam nullo negotio jactat quam non solum erigit sed etiam quoquoversus movet atque agitat ira incensus.

LVI. — Le rugissement du lion.

Le rugissement du lion est si fort que, quand il se fait entendre par échos [1], la nuit, dans les déserts, il ressemble [2] au bruit du tonnerre. Ce rugissement est sa voix ordinaire ; car, quand il est en colère, il a un autre cri, qui est court et réitéré subitement ; au lieu que [3] le rugissement est un cri prolongé, une espèce de grondement d'un ton grave, mêlé d'un frémissement plus aigu. Il rugit cinq ou six fois par jour, et plus souvent lorsqu'il doit tomber de la pluie [4]. Le cri qu'il fait, lorsqu'il est en colère, est encore plus terrible que le rugissement : alors, il se bat les flancs de sa queue, il en bat la terre, il agite sa crinière, fait mouvoir la peau de sa face, remue ses gros sourcils, montre des dents menaçantes, et tire une langue armée de pointes si dures, qu'elle suffit [5] seule pour écorcher la peau et entamer la chair sans le secours des dents ni des ongles [6], qui sont, après les dents, ses armes les plus cruelles. Il est beaucoup plus fort par la tête, les mâchoires et les jambes de devant que par les parties postérieures du corps. Il voit la nuit comme les chats ; il ne dort pas longtemps, et s'éveille aisément ; mais c'est mal à propos que [7] l'on a prétendu qu'il dormait les yeux ouverts.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

LVII. — Le moineau.

Dans quelque contrée que le moineau habite [8], on

1. *Repercussus auditur.* — 2. Proposition consécutive. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, nº 473. — 3. *Autem.* Cf. RAGON. *Gram. lat.*, nº 554. — 4. *Inpendente pluvia.* — 5. Voir la note 2. — 6. *Les dents ni les ongles n'étant pas employés.* Ablatif absolu. — *C'est... que* = gallicisme. Ne se traduit pas en latin. — 8. Indicatif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, nº 504.

LVI. — De leonis fremitu.

Adeo magnum fremitum edit leo ut, cum in desertis nocte repercussus auditur, cælesti fragori similis sit. Illi ea vox solita est; cum enim irascitur, aliam vocem emittit brevem subitoque iteratam; fremitus autem vox est producta, quoddam murmur grave acutiori sono mixtum. Quinquies aut sexies die leo fremit, sæpiusque impendente pluvia. Vox quam emittit cum irascitur vel fremitu terribilior est; cauda enim terga tum flagellat atque terram, jubam exagitat, oris pellem movet atque ampla supercilia, infestos dentes aperit et linguam promit adeo duris aculeis instructam ut pellem prædæ detrahere possit et carnem delibare, non adhibitis dentibus neque unguibus qui, secundum dentes, leoni sunt arma sævissima. Capite, maxillis et prioribus cruribus multo robustior est quam posterioribus partibus corporis. Quemadmodum feles, nocte videt; non diu dormit, neque ægre e somno excitatur; sed falso est dictus apertis oculis dormire.

LVII. — De passere.

Quamcumque regionem passer incolit, neque in desertis locis eum unquam reperimus, neque in

ne le trouve jamais dans les lieux déserts, ni même dans ceux qui sont éloignés du séjour de l'homme; les moineaux sont, comme les rats, attachés [1] à nos habitations; ils ne se plaisent ni dans les bois, ni dans les vastes campagnes; on a même remarqué [2] qu'il y en a plus dans les villes que dans les villages et qu'on n'en voit point dans les hameaux et dans les fermes qui sont perdus au milieu des forêts; ils suivent la société pour vivre à ses dépens; comme ils sont [3] paresseux et gourmands, c'est sur des provisions toutes faites, c'est-à-dire sur le bien d'autrui qu'ils prennent leur subsistance : nos granges et nos greniers, nos basses-cours, nos colombiers, tous les lieux, en un mot, où nous rassemblons ou distribuons des grains, sont les lieux qu'ils fréquentent de préférence; et comme ils sont [4] aussi voraces que nombreux, ils ne laissent pas de faire [5] plus de tort que leur espèce ne vaut, car leur plume ne sert à rien, leur chair n'est pas bonne à manger [6], leur voix blesse l'oreille, leur familiarité est incommode, leur pétulance grossière est à charge.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

LVIII. — L'hiver et le printemps.

Le triste hiver, saison de mort, est le temps du sommeil [7] ou plutôt de la torpeur [8] de la nature [9]. Les insectes sans vie [10], les reptiles sans mouvement [11], les végétaux sans verdure et sans accroissement [12], tous

1. *Frequentare.* — 2. Après cette expression impersonnelle (*notatum est*), employer la proposition infinitive. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 448. — 3. Proposition causale. Indicatif ou subjonctif, selon la conjonction employée. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 479. — 4. *Id.* — 5. Ils font certainement. — 6. *Esculenta.* — 7. Le temps où sommeille. — 8. Où est engourdie la nature. — 9. *Rerum natura.* — 10. Adjectif ou participe. — 11. *Id.* — 12. *Id.*

iis quæ a sedibus nostris remota sunt. Passeres murium instar, domus nostras frequentant; nemora magnosque agros fugiunt; notatum est etiam eos plures esse in urbibus quam in pagis, neque ullos esse in viculis atque in villis quæ inter silvas latent, sed hominum convictum sequuntur, ut eorum detrimento vivant; cum enim pigri sint atque voraces, e paratis cibariis, id est alienis bonis, sumunt unde vescantur. Nostra horrea et granaria, chortes, columbaria, omnia, uno verbo, loca in quibus grana colligimus aut distribuimus, potissimum frequentant. Qui, cum sint tam edaces quam multi, magis profecto nocent quam eorum genus prodest; est enim eorum pluma inutilis, caro non esculenta, vox auribus gravis, familiaritas incommoda, petulantia rustica atque odiosa.

LVIII. — De hieme et vere.

Hieme, tristi mortis tempore, dormit vel potius torpet rerum natura; exanimes enim bestiolæ, serpentes immotæ, plantæ jam non virentes neque accrescentes, omnes aeris incolæ exstincti aut relegati in exsilium, pisces inclusi in concretis carceribus, pleraque terrestria animalia compulsa in speluncas atque antra et condita, nihil est quod

les habitants de l'air détruits ou relégués, ceux des eaux renfermés dans des prisons de glace, et la plupart des animaux terrestres confinés dans les cavernes, les antres et les terriers : tout[1] nous présente les images de la langueur et de la dépopulation. Mais le retour des oiseaux au printemps est le premier signal et la douce annonce du réveil de la nature vivante, et les feuillages renaissants et les bocages revêtus de leur nouvelle parure sembleraient[2] moins frais et moins touchants sans les nouveaux hôtes[3] qui viennent les animer.

BUFFON. *Histoire naturelle.*

LIX. — Un heureux écolier.

Je logeais avec quatre ou cinq de mes camarades chez un artisan de la ville : chaque écolier avait ses provisions pour la semaine[4] : elles lui venaient de la maison paternelle[5]. Notre bourgeoise[6] nous faisait la cuisine, et pour[7] sa peine, son feu, sa lampe, ses lits, son logement, et même les légumes de son petit jardin, nous lui donnions vingt-deux sols[8] par mois[9] ; en sorte que[10], tout calculé, hormis mon vêtement, je pouvais coûter[11] à mon père de quatre à cinq louis par an. C'était beaucoup pour lui. Lorsque, les jours de fête, il arrivait[12] à l'un de nous quelque morceau friand, par une attention délicate et pour ne pas

1. *Omnia* ou *nihil est quod non...* pour résumer tous les sujets de l'énumération précédente. — 2. La supposition étant contraire à la réalité, employer le mode irréel. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, nº 488. — 3. Si de nouveaux hôtes ne venaient les animer. — 4. *In* avec l'accusatif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, nº 307. — 5. Devant *domo* accompagné d'un adjectif qualificatif, exprimer la préposition. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, nº 323. — 6. Notre hôtesse. — 7. En échange de. — 8. *Teruncii.* — 9. Chaque mois. — 10. Proposition consécutive. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, nº 473. — 11. Sens approximatif. *Je coutais environ.* — 12. Proposition temporelle à l'indicatif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, nº 517.

torporis et vastitatis speciem nobis non exhibeat. Sed vere redeuntes aves primum significant suaviterque nuntiant rerum naturam expergisci, cujus novæ frondes novoque ornatu vestita nemora minus frigida minusque jucunda esse nobis viderentur, nisi novis illis incolis ad vitam revocarentur.

LIX. — Felix discipulus.

Cum quattuor aut quinque condiscipulis apud opificem in urbe habitabam; sui cuique nostrum commeatus erant, missi e paterna domo in septem dies. Nobis cibum parabat hospita cujus curam, focum, lampadem, lectos, tectum hortulique olera duo et viginti terunciis singulis mensibus emebamus, ita ut, subductis omnibus rationibus vestisque excepto pretio, quattuor aut quinque aureos in me singulis annis pater impenderet; multus tamen ei hic sumptus erat. Cum, festis diebus, ad aliquem nostrum delicatior victus allatus erat, maxima utebatur observantia qui eum acceperat; ne pauperioribus res mærori esset, nomen nequaquam profitebatur puderetque eum rem jactare, sed simul omnes convivabamur.

In schola primum ordinem consequi solebam;

affliger les plus pauvres, celui qui l'avait reçu ne se nommait pas : il aurait rougi[1] de s'en vanter; mais on s'en régalait en commun.

J'étais presque toujours le premier de ma classe, ce qui ravissait ma bonne mère; lorsque je lui renvoyais mes vestes[2], elle regardait vite si[3] la chaîne d'argent qui suspendait la croix avait noirci ma boutonnière[4]; et lorsqu'elle y voyait cette marque de mon triomphe, toutes les mères du voisinage étaient instruites de sa joie; nos bonnes religieuses[5] en rendaient grâce au ciel.

MARMONTEL. *Mémoires*. I.

LX. — La vallée de Tempé.

Nous étions impatients[6] d'aller à Tempé. Ce nom, commun à plusieurs vallées qu'on trouve en ce canton[7], désigne plus particulièrement celle que forment, en se rapprochant, le mont Olympe et le mont Ossa : c'est le seul grand chemin pour aller de Thessalie en Macédoine. De chaque côté de la vallée, les montagnes sont couvertes de peupliers, de platanes, de frênes d'une beauté surprenante. De leurs pieds jaillissent maintes sources d'eau pure comme le cristal; et des intervalles qui séparent leurs sommets s'échappe un air frais que l'on respire avec une volupté secrète. Le fleuve présente presque partout un canal tranquille, et dans certains endroits il embrasse de petites îles dont il éternise la verdure[8]. De tous côtés l'œil semble respirer la fraîcheur[9], et l'âme recevoir un nouvel esprit de vie. En sortant de la vallée le plus beau des spectacles s'offrit à nous.

1. Imparfait du subjonctif. — 2. Voir la note 12 de la page précédente. — 3. Interrogation indirecte. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 455. — 4. *Fissura, æ.* — 5. *Monacha, æ.* — 6. *Aveo* avec l'infinitif. — 7. *Regio, onis.* — 8. Dont il rend la verdure éternelle. — 9. *Intuentium oculis frigus opacum apparere videtur.*

ex quo dilecta mater maximam accipiebat voluptatem. Quæ, cum ei detritam vestem remittebam, confestim inspiciebat num argentea catena qua crux solet pendere vestis fissuræ nigrum colorem induxisset; si meæ victoriæ signum illud viderat, rem omnibus matribus nuntiabat quæ juxta erant atque nostræ optimæ monachæ Deo gratias agebant.

LX. — De Tempe vallibus.

Tempe invisere valde avebamus. Hoc nomine nonnullæ valles significantur quæ in ea regione sitæ sunt, præcipue autem ea quæ Olympo atque Ossa inter se propius accedentibus efficitur; hæc una magna via est qua e Thessalia itur in Macedoniam. Ex utraque vallis parte populis, platanis fraxinisque eximia pulchritudine conteguntur montes, sub quorum radicibus multi fontes tanquam crystallum perlucidi scaturiunt atque ex spatiis quæ inter montium cacumina jacent frigida erumpit aura quæ tacita cum voluptate spiritu ducitur. Ubique propemodum leniter fluit amnis atque quibusdam in locis non ita magnas insulas complectitur quarum viriditatem æternam efficit. Undique apparere videtur intuentium oculis opacum frigus atque animum novo vitæ spiritu recreari dicas. Nullum unquam majus spectaculum nobis affuit quam e valle egredientibus,

C'est une plaine couverte de maisons et d'arbres, où le fleuve, dont le lit est plus large et le cours plus paisible, semble se multiplier par des sinuosités sans nombre. A quelques stades de distance[1] paraît le golfe Thermaïque : au delà se présente la presqu'île de Pallène, et dans le lointain le mont Athos termine cette superbe[2] vue.

BARTHÉLEMY. *Voyage du jeune Anacharsis*, XXXV.

LXI. — Léonidas.

Léonidas ne prit[3] pour l'accompagner[4] que trois cents Spartiates, qui l'égalaient en courage, et dont il connaissait les sentiments. Les éphores lui ayant représenté[5] qu'un si petit nombre de soldats ne pouvait lui suffire : « Ils sont bien peu, répondit-il, pour[6] arrêter l'ennemi ; mais ils ne sont que trop[7] pour l'objet qu'ils se proposent[8]. » — Et quel est donc cet objet ? demandèrent les éphores. — Notre devoir, répliqua-t-il, est de défendre le passage ; notre résolution, d'y périr. Trois cents victimes suffisent à l'honneur de Sparte. Elle serait perdue sans ressource[9], si elle me confiait tous ses guerriers ; car je ne présume pas qu'un seul d'entre eux osât[10] prendre la fuite.

Quelques jours après, on vit à Lacédémone un spectacle qu'on ne peut se rappeler sans émotion. Les compagnons de Léonidas honorèrent d'avance son trépas et le leur par un convoi funèbre, auquel

1. Complément de distance. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 324 et remarques. — 2. Magnifique. — 3. Seulement. — 4. Proposition relative exprimant le but. Cf. RAGON, *Gram. lat.*, n° 503, 1°. — 5. *Cum* avec le plus-que-parfait du subjonctif. — 6. Ils sont trop peu pour... Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 474, rem. — 7. *Ne que* avec *trop* renforce une affirmation. — 8. Trop nombreux pour ne pas faire ce qu'ils se proposent. Voir la note 6. — 9. Subjonctif irréel. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 488. — 10. Pour l'emploi de l'imparfait du subjonctif, cf. RAGON. *Gram. franç.*, n° 896.

scilicet campus domibus arboribusque contectus, in quo amnis, jam latior atque lenior, innumeris flexibus multiplex fieri videtur; nonnullorum abhinc stadiorum spatio Thermaicus sinus apparet, postea Pallene pæninsula, atque in longinqua parte magnifico illi prospectui Athos modum facit.

LXI. — De Leonida.

Leonidas tantummodo trecentos Spartiatas elegit qui se comitarentur et sibi virtute pares et virtute notissimos. Cum ephori tam parvam copiam nequaquam sufficere posse eum admonuissent: « Pauciores quidem sunt, inquit, quam ut hostem contineant; plures vero quam ut propositum non consequantur ». Cumque iterum quæsissent ephori quid agere destinarent : « Officium nostrum, ait, est aditum defendere; consilium, ibi occumbere. Spartæ quidem dignitas non requirit ut plus quam trecentis hostiis ei litetur; cujus res omnino affligerentur, si omnes milites mihi committeret; non enim arbitror ex iis unum esse qui fugere audeat. » Non ita multis post diebus, res Lacedæmone visa est quam recordari non possumus quin commoveamur. Leonidæ commilitones ejus suamque ipsi mortem exsequiis ante prosecuti sunt, quibus patres eorum atque

leurs pères et leurs mères assistèrent. Cette cérémonie achevée[1], ils sortirent de la ville, suivis de leurs parents et de leurs amis, dont ils reçurent les adieux éternels.

BARTHÉLEMY. *Voyage du jeune Anacharsis*, Introduction.

LXII. — La Providence de Dieu s'étend sur les animaux.

La Providence a mis, au midi[2], des arbres toujours verts, et leur a donné un large feuillage pour abriter[3] les animaux de la chaleur. Elle a tapissé la terre que les animaux habitent de fougères et de lianes vertes, afin de les tenir fraîchement[4]. Elle n'a pas oublié les besoins des animaux du nord[5] : elle a donné à ceux-ci pour toits les sapins toujours verts, dont les pyramides hautes et touffues écartent les neiges de leurs pieds, et dont les branches sont si garnies de mousses grises, qu'à peine on en aperçoit[6] le tronc. Elle y a ajouté çà et là les grappes des sorbiers, qui, brillant au loin sur la blancheur des neiges[7], invitent les oiseaux à recourir[8] à ces asiles ; en sorte que[9] les perdrix, les coqs de bruyère, les lièvres, les écureuils, trouvent souvent, à l'abri du même sapin, de quoi se loger[10], se nourrir[11] et se tenir[12] fort chaudement.

BERNARDIN DE SAINT-PIERRE.

1. Participe absolu. Cf. RAGON. *Gram. franç.*, n° 942. — 2. Dans les régions méridionales. — 3. Proposition finale. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 472. — 4. *Id.* — 5. Des régions septentrionales. — 6. Proposition consécutive. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 473. — 7. *Quibus nivis candor distinguitur.* — 8. *Hortari* avec *ut* et le subjonctif ou *ad* et le gérondif. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 464, rem. II. — 9. Voir la note 6. — 10. Interrogation indirecte. Cf. RAGON. *Gram. lat.*, n° 454. — 11. *Id.* — 12. *Id.* On peut aussi rendre de *quoi se loger, se nourrir* par *sedem, victum habere.*

matres interfuerunt; qua religione confecta, parentibus et amicis comitantibus atque æternum valedicentibus, ex urbe egressi sunt.

LXII. — Divina Providentia vel animalibus consulit.

In meridianis regionibus semper virentes arbores divina Providentia condidit eisque magna folia dedit quibus animalia ab æstu defenderentur; terram quam habitant filicibus atque serpentibus virentibusque plantis constravit, ut in opaco et frigido loco essent. Neque animalium quæ in septentrionalibus regionibus sunt oblita est; sed eis semper virides pinus pro tectis dedit quarum altæ et spissæ metæ nives ab eorum pedibus arcent, rami autem pullo musco ita vestiuntur ut vix truncus appareat. Tum racematos sorbos passim addidit qui, cum nivis candorem procul distinguant, aves hortantur ut illuc confugiant, ita ut perdices, tetraones, lepores sciurique sæpe in eadem pinu sedem victumque tuti habeant atque unde frigus commodissime vitent.

LXIII. — Le champ d'orge.

